

844 0796



MEMO

AN

Plinius

1

.....

BS1425

.L3

L6

1737

v.1

c.1



1080045151



JOANNIS
LORINI
SOCIETATIS JESU,
Commentarii in Librum
PSALMORUM.

Quatuor Tomis comprehensi.

260

245



JOANNIS
LORINI
SOCIETATIS JESU,
Commentarii in Librum
PSALMORUM,

46556

IN QUIBUS PRÆTER ACCURATAM SENSUS
litteralis explanationem, variarum tum editionum, tum lectio-
num collationem cum vulgata, quæ defenditur, Phraſeon etiam
Scripturæ atq; vocabulorum diſquiſitionem, myſtici omnis ge-
neris ſenſus, ex Patribus, præcipuè Græcis Latinisque, traduntur.

TOMUS PRIMUS.

EDITIO SECUNDA VENETA.

*Cum Indicibus Sacræ Scripturæ, ac rerum magis
exquifitarum & inſigniorum.*



VENETIIS. MDCCXXXVII.

Apud Jacobum Tomasinum.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



JOHANNIS
LORINI
SOCIETATIS IESU
COMMENTARIUM IN LIBRUM
PSALMORUM

IN QUINTA PARTI ACCURATAM SENIUS
LORINIUS EXPLICIT NOTAMUS, VARIETATE TANT EDITORUM, TANT LECTO-
RUM COLLECTORUM, TANT VULGARUM, QUAE DEFENDUNT, PRAESERTIM QUAE
IN VARIIS AEDITIONIBUS, AD VARIAS USQUE VARIATIONES, MYSTICIS OMNIBUS
NECESSARIIS, EX LIBRO PRAESERTIM, QUAE GRAECIS LINGUIS, TRADUNTUR.

TOMUS PRIMUS.
EDITIO SECUNDA VENETA.

Cum factus Societatis Senatus, et in hunc
modum in hunc modum.



VENETIIS. MDCCXXXVII.
Apo. Jacobini Tomarini.
L'OFFICINE DE PIERRE LE MOINE



IN PSALMOS PRAEFATIO.

CAPUT PRIMUM.

De Auctoritate libri.

Psalmorum
liber Cano-
nicus esse
probat.

Mat. 22. 43
L. 1. 1. 1.
2. c. 4. 45.
c. 1. 1. 1.



43. 2. 2. 2.
De Hære-
si. cap. 28.
Hæretici
detractantes
Davidis aucto-
ritati.
1. 1. 1. 1. 1.
Paulus Sa-
molatenum
ab Antio-
cheno con-
cilio cur
damnatus.
1. 1. 1. 1. 1.
Theodorus
Mopsueste-
nus in V.
synodo cur
damnatus.

13. 2. 2. 2.
De Hære-
si. cap. 17.
K. Proleg. in
1. 1. 1. 1. 1.
David ve-
tus Prophe-
ta negatur à
Judæis.
David aucto-
ritas negatur
ab Anabap-
tistis ut
& divinitus
conditi
Psalmi.

Davidem
viri factum
cum impu-
denter N.
Machiavel-
lus.
Philippo
Macedonum
regi alim-
lat.

ANONICUM, & sa-
crum librum esse, Conci-
lia, Patresque, & omnes
Canonicorum & sacrorum
librorum Catalogi docent:
sed & Christus ipse, Apo-
stoli & omnes, Paulus, &
dum citant aliquos ex Plal-
mis, Auctorem in Spiritu
locutum dicunt, vel Spiritu
sanctum per os ejus:
postremo etiam David de semetipso dixit: Spiritus
Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam
meam. Phylaster & ait, Manichæos, Gnosticos, Ni-
colaitas, affirmasse, David humanæ cantionis, ac
secularis rei conscriptorum exitisse. Refert Euse-
bius, / ab Antiocheno Concilio damnatum Paulum
Samolatenum inter alia, quod Psalmos, qui in Do-
minum nostrum Jesum Christum dicebantur, cessare
fecisset, vel neotericos, & nuper inventos; in semet-
ipsum vero compositos, diebus Paichæ in medio Ec-
clesiæ à mulieribus cantari præcepisset.

Sed non arbitror; quod putat tamen Sixtus & Senen-
sis, intellexisse hæreticum illum de libro Psalmorum,
sed de hymnis quibusdam Ecclesiasticis, nec enim Plal-
mos ante tot secula editos, appellasset recens excogita-
tos. Tradit etiam B. Thomas à damnatum in V. Syno-
do Theodor. Mopsuestenus, quia dixisset, in V. Scri-
ptura, & Prophetis, nihil expressè haberi de Christo,
sed ex sola quadam accommodatione. Non est propriè
contra Psalmos hæc hæresis, ideòque nec ab eodem Six-
to commemoranda fuit, quando agebat de illis. Refert
Leontius Byzantinus: hunc inscriptiones hymnorum,
& Psalmorum, & Canticum penitus eiecisse, & om-
nes Psalmos Judaicè ad Zorobabelem & Ezechiam re-
tulisse, tribus tantum ad Dominum rejectis. Idem refert
hunc ipsum psalmis auctoritatem Canonicam sustulisse.
Huc spectant potius Hebræi, quos memorat Jacobus de
Valentia, & negavisse David fuisse verum Prophetam
quod viderent Christiani, eum appellantes tyrum
Christi, & interpretantes de Christo Psalmos ipsius.
Denique non legi apud alium, quod narrat Sixtus,
Anabaptistas negare, David auctorem Psalmorum ul-
lumve alium sanctum virum esse, aut divinitus condi-
tos, sed post Christi adventum, à recentioribus Ju-
dæorum magistris: in illis autem contineri diras mul-
tas & imprecationes in Christum, & Christianos; ut
habeant Hebræi solatium captivitatibus, istas in synago-
gis cantilenas uturpando, & hostibus imprecando.

Nec verò refert probare, Davidem virum sanctum
fuisse, quod non puduit Nicolaum Machiavellum, in
suo illo quem finxit Principe, negare scribendo, cum
& eum lusque de quo in regno permutasse, elurientes
implevisse bonis, divites dimisisse inanes, nihil ferè mo-
ribus à Philippo Macedone pessimo rege dissimilem ex-
lorini in Psalm. Tom. I.

Atirisse. Recitandi fuerunt tam absurdorumque
tandem sint, errores, ut caveantur; etsi ob tantam
eorum absurditatem indigni memoria sint.

CAPUT II.

De Auctore.

HI error absque periculo; quoniam ab auctore pri-
mario, qui est Spiritus Sanctus, libri pendet au-
ctioritas divina. Ego autem (utar Theodoretus / verbis)
de his non multum contenderim. Quid enim refert, si-
ve David omnes Psalmi, sive aliorum aliqui sint, quum
constet divini Spiritus afflatu univerfos esse conscri-
ptos? Eadem in Gregorii sententia, tractantis de Au-
ctore libri Job. Sed quis hæc scripserit, ait ipse, valde
supervacue queritur, quum tamen auctor libri Spiritus
Sanctus fideliter credatur.

Adhibet uterque de calamo exemplum, qui qualis sit
nihil referat scire, dum de præcipuo constet Auctore;
Bomnis verò sacri scriptor libri calamus sit veloxiter scri-
bentis Spiritus Sancti: vincat tamen plurimum senten-
tia subdit Theodoretus; plures enim scriptores, Davi-
dis asserunt esse. Vocat hunc Ecclesiæ usum Cassiodo-
rus, o videlicet omnes ferè Græci consentiunt, ex-
cepto Athanasio & Eusebio; & de Hebræis, ante ad-
ventum Christi, affirmat Jacobus de Valentia, donec
deprehenderunt longe postea, Origenem, aliosque
Christianos, de Christo Psalmos interpretari. Ex La-
tinis multo id etiam tener plures; conaturque idem
Valentia Hieronymum excusare, quum aliquando ex
aliorum magis, quam ex propria sententia, oppositum
tradit, quoniam aliis locis crebrè quoslibet vel citat, vel
exponit Psalmos sub nomine David, illos quoque, qui
non gerunt titulum ipsius. Ex titulo sanè non licet Hi-
lario, qui est in alia opinione, ut omittam Lyrantum,
Eugubinum, aliosque recentiores argumentari. Etenim
qui titulo carent, videntur tribui David, ut xcv. &
etv. & cxxx. Psalmus lxxvii. citatur, à Matthæo
tamquam Prophetæ, quamvis in titulo habeat *Alaph*,
cui non ita convenit nomen illud, sed David, tamen
nonnumquam *Videntis* dicitur nomen de *Asaph*. r In fi-
ne lxxi. cujus est *Salomon* in inscriptione, legitur:
Descendit laudes David filii Jesse itaque absolute Plal-
tes nominatur / Itaque hæc è contrario ratio colligi-
tur, omnes à David Psalmos compositos, quoniam qui
minimè videntur, illos compoluit. Deinde quia, ut
ratiocinatur Chryostomus /, neque Christus, neque
Apostoli, neque alii, citando Psalmos alium nominant
Auctorem, quam David: nec Ecclesiæ tota, inquit
Cassiodorus. Non illi quoque Psalmi, qui præferunt
alterius nomen, quam David, alteri alibi tribuuntur,
quam David, ut necesse fit impositos titulos varios ob
varias causas, vel ab ipsemet David, vel ab aliis, etiam
si scripserit omnes David, certè si non scripserit, dicta-
vit, & ab aliis imperavit scribi, propositio illis argu-
mento. Ut saltem idcirco, quod ait Athanasius, Plal-
morum dicitur auctor, vel quod ab aliis propositam
materiam digessit in Psalmos, ut placet Cajetano: vel

Psalmorum
Auctor i
primarius
Spiritus S.
1. Regum. 10
2. al.
m. Prefat.
Moral.

n. 77. 41. 2.
David Plal-
morum
scriptor.
o. 1. Regum. 10
g. in Synopsi.
g. 1. 1. 1. 1. 1.

1. Paral. 29.
29.
1. 1. 1. 1. 1.
Omnes à
David
conscripti
& Regum. 10
in 1. 1.

Quot mo-
dis potuit
David
Psalmorum
esse auctor.

